PRAEFATIO.

Nouae, quas Titulus promittit, Amoenitates ab iis, quae in lucem publicam prodire inde ab aliquo jam tempore deſierunt, varietate tam auctorum quam thematum differunt. Amoenitates enim haſce literarias non Philologici tantum, ſed & Hiſtorici, Philoſophici ac Theologici argumenti eſſe, ac praeterea ex recenſionibus librorum tam veterum quam nouorum condimenti quid habere voluimus. Autorum varietas an ſatis ſelecta ſit, ſelectam vero eſſe arbitramur, ex primo hoc ſpecimine intelligi poteſt. Hac igitur methodo pergemus, atque vt ſingulis nundinis Lipſienſibus vnus certe faſciculus prodeat, operam dabimus. Stuttgardiae d. III. Aprilis MDCCLXII.

H. G. C.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn325873887/7 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft